

## CLANGOR

*In centro  
est uirgo.* stantiam, materialem simplicem, quæ cum diuisione  
ne formet formata in vnum contrarium. Cum di-  
uisione tibi locuti sumus, non separata substantia  
ipforum quæ est essentia quinta, & subtrahes om-  
ne principale elementum compositum. Et vt dixi  
terra quam nos calcamus non est purum elementum,  
sed elementata conuenienti elementato, Quia in  
suo centro reperitur quod est uirgo & verum ele-  
mentum. Sic & de alijs elemētis debes intelligere.  
Et quicquid non erit de veritate pura elementor-  
um ardebit, & totaliter annihilabitur in die iudi-  
cij. Et tunc elementa manebunt clara & pura, in  
terra resplendēte sicut Cristallum. Et talē faciet  
*Cristallina  
serenitas* supremus creator cum igne cæli quousq; magnus  
mundus reuertatur ad primam causam, scilicet  
omnia elemēta in suam puram essentiam, quæ post  
modum non timebit ignem cœli, quia tunc mo-  
tus supernæ naturæ morabitur in illo sine omni  
corruptione.

*Sancta tri-  
uitas.* Et scias quod tria sunt principia omnium re-  
rum, scilicet artificiale & est Deus conditor om-  
nium rerum. Secundum principium quod dicitur  
exemplare, manat ab ipso, quod dicitur sua sapien-  
tia. Tertium succedens principium, quod dicitur  
materia creata per ipsum, cum ipsa sapientia  
quæ procedit ab ipso & est primordiale elemen-  
*yle.* tum quod nos vocamus Yle, quod declarabimus  
tibi